Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36877
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

49 43

tulit nec suspendi appellatione si tamen feratur sub condicione et non preveniatur antequam appelletur suspendi. ¶ Item nota quod maior excommunicatio repellitur aliquis ab agendo. Item si quis ita dicat. Excommunico illum non solum minori sed et maiori excommunicatione ligatur. et hec excommunicatio pertinet ad quemlibet prelatum qui potest excommunicare. ¶ Item nota quod si concubina sacerdotis fuit excommunicata et sacerdos eam ante absolutionem cognoverit incurrit excommunicationem, sic et alius si talis cum ea lusit. ¶ In fine nota. quod anathema proprie pertinet ad episcopos. Unde et mucro episcopi dicitur. fit et anathema cum sollempnitate.

De verborum significatione

Verbum est pars orationis cum temporibus et modis significativa vel agendi vel patiendi dicitur verbum a verberato aere. quia prolata aerem verberant et in aere verba formantur. In isto titulo autem pro ... sumitur largo modo et larga significatione scilicet pro qualibet parte orationis. et ideo ab illa parte orationis verbum hic sumit quia frequentius illa parte orationis utimur quia sine verbo nulla perfecta oratio consistit. Significare est de aliqua re signum facere vel sic Significatio est proprie nihil aliud quam demonstratio facta per nomen rei de qua queritur. hic autem large ponitur ut et significatum nomini rei ·n̄· inveniat. tamen si res per aliud nomen aliquo modo notificetur significari dicatur. ¶ Item nota quod actio tenetur quo ad verba

passio vero quantum ad res. res autem de aliquid significare quia rei sermo est subiectus non contrario. ¶ De significatione verborum ad plenum pervenire non potest propter infinitatem. quia omnes casus non possunt lege comprehendi. ¶ Quare notandum quod a proprietate verborum non est recedendum nisi constet illum aliter intellexisse qui protulit verba vel cum res de qua agitur aliter salva esse non potest nisi recedatur a propria significatione verborum. Verba autem intelligenda sunt ad intentionem proferentis. quia verba deserviunt intentioni si tamen fraus vitatur ex parte proferentis sunt referenda ad intentionem recipientis qui fraudem non adhibet. Si autem ex parte recipientis tamen fraus vitetur ad communem modum verborum recurrendum est. ¶ Quando autem in sententia diffinitiva incidit ambiguitas tunc superior debet interpretari. In interlocutoria vero videtur quod ipse iudex debeat interpretari. ¶ Item nota quod ubi duo sub disiunctione mandantur sufficit quod alterum adimpleatur quia tamen a natura est ut in quo ... interpretata. Ille autem vel ille sit tutor tunc uterque erit tutor. ¶ In fine nobis quod licet diversitas invocatur de nominibus in ... non in sententiam non nocet. ¶ Item nota quod difficile foret perstringere qualiter singula verba debeant interpretari.

De regulis iuris

Regula est que rem que est breviter enarrat. et in hac significatione sumitur hic. ¶ Item proprie dicta regula iurgia. Unde legitur

¶ Testes. mulieres inte... ... repelli ... bile femina ... profert

de frequenti iure